

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

530. An Religiosus citra dispensationem, ex consensu sui Prælati obtinere  
possit pensionem super beneficio regulari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

religiosi, quām aliorum ordinum alumni per professionem. Contrarium tradit Ventrigl. *to. 2. annot. 11. §. 3. n. 23.* his fērē verbis: possunt retinere pensiones, imō & beneficia, quā habebant ante ingressum Patrēs societatis Jesu: post emissa vota simplicia ante professionem, ut probat Novar. *lucerna regulari. v. jesuita. n. 41. & 40.* Ratio est, ut idem Ventrigl. prosequitur, quōd licet per illa vota, quantum in iis est, maneat perpetuō obstricti societati, & dicantur verē religiosi, tamen quōd ad ipsam societatem & Generalem non manent adeo ligati, ut non possint dimitti cum caūsa, etiam sine eorum culpa, merito, ut prādicta libertas societati concessa perpetuō servetur, provisum fuit, quōd eis licet beneficia & bona retinere, hac ille. Verū de hoc melius statues, ubi legeris, quā dicta sunt suprā, ubi de retentione & obtentione beneficiorū secularium, & dicenda inferius, ubi de extinctione pensionis per ingressum in religionem. Porro si regularis dispensatus fuisset ad obtainendum beneficium secularē, & postea illud resigueret cum reservatione pensionis, non indigere illum novā dispensatione ad obtainendam illam pensionē, eo quod penso illa subrogetur loco beneficii, tradit idem Tond. *l. c. n. 16.* ex Corrad. *in pr. dispens. apost. l. 6. c. 1. n. 38.* licet is dicat, officiales Romanę Curia tenere, quōd existagatur nova ad hoc dispensatio.

3. Respondeo de cerero non esse novum, prāsternim curialibus Romanę Curia, Papam frequenter reservasse pensiones super fructibus beneficiorum secularium tam monacho, quām cuvis regulari, ac etiam Equitibus hierosolymitanis, expreſſa tamen eorum qualitate, ut sic apparet, ipsum Papam ex certa scientia dictam pensionē illis personis reservasse, ex eo, quōd sic Papa reservando censeatur dispensare, ita ut prādicta penso in iis personis non substat in tantum, in quantum non fuerit qualitas illarum expreſſa, tradit Corrad. *in pr. benef. l. 1. c. 5. n. 223. & 224.* Et licet negari nequeat, quin Cancellaria apostolica possit etiam de super dare expressam dispensationem, si judicaret illam expedire, regulariter tamen, expreſſo statu regularitatis pensionarii, non requiritur expressa dispensatio pro validitate hujusmodi reservationis pensionis. Quod quidem nedum procedit in regularibus militaribus, sed etiam in clauſtralibus, etiam super fructibus beneficiorum secularium. Corrad. *l. c. n. 234.* Ibi ciens quoque formulam literarum juxta Itylum Romanę Curia, quibus regulari non militi reservetur talis penso, pro ut & aliā formulam pro milite Hierosolymano posuerat loc. cit. *n. 229.*

**Quaſtio 530.** An religiosus citra dispensationem ex consensu ſui Prælati seu Superioris obtinere valeat pensionem ſuper beneficio regulari?

1. Respondeo primō: Quantum ut ex parte sua, capax est talis pensionis, quia capax est beneficii illius; quia tamen regularis Superior non habet potestatem beneficiis regularibus imponendi pensionē, juxta elem. unic. de suppl. negl. prælat. & Archid. *in c. fin. de off. ordinari. in 6.* hac de cauſa regularis obtinere nequit dictam pensionem. Caſtrop. *cit. p. 11. §. 3. n. 9.* citans Sanch. *in decal. l. 7. c. 29. n. 95.*

2. Respondeo secundō: potest nihilominus penſio improprieſ talis, hoc est, quā non beneficio, sed ipſi beneficiato eſſet imposta concedi ab Abbatē aliqui ejus religioso, cū nihil verat, Abbatē beneficium regularē conferre religioso, obligando illum, ut alteri religioso vel monasterio der partem

fructuum, ſiquidem ille religiosus beneficiatus ſub obedientia Abbatis manet, & ex ejus tacita voluntate fructus beneficij expendit, & cū Abbatē placuerit, poterit à beneficio removeri. Caſtrop. *loc. cit. citato Sanch. ubiante n. 99. contra Leſſ. l. 7. c. 41. n. 94.* apud Tond. Caſtrop. cui probabile videtur, eo ipſo, quōd religiosus conſtituatur Parochus, conſtitui administratorem ab Abbatē indepen- dente tam beneficij, quām omnium fructuum illius, ac proinde nec impropriam talem pensionem poſſe concedi alteri ſuper fructibus illius beneficij.

**Quaſtio 531.** An Episcopus capax sit pensionis citra dispensationem?

R Espondeo negativē. Corrad. *pr. benef. l. 5. c. 6. n. 37.* hiſce expreſſis: quōd ad Episcopum certum est, illum non eſſe capacem pensionis, qui nec poſt retinere ſibi reſervatam ante promotionem ad Episcopatum ſive ſpeciali dispensatione. citat pro hoc Rot. deciſ. *233. n. 1. p. 1. divers.*

**Quaſtio 532.** An habens impedimentum non tollibile, v.g. cactus, mutus, vel legere neſciens recitandi officium B. Virginis, ad quod obligatur pensionarius, ut diceatur paulo poſt, ſit capax obtinendi pensionis clericalis?

R Esponder Filic. *in append. poſth. tr. 42. c. 3. q. 7.* talēm incapacem eſſe, factā, ipque ei reſervationem pensionis talis eſſe nullam, niſi fieri ab eo, qui impedimentum ſeit, & in eo diſpensare poterit, vel obligationem illam recitandi officii in aequivalen- tem commutare, & hinc Episcopum poſte taliter impeditis conſerre pensiones, quia poterit de ratio- nabilis cauſa obligationem illam in aliam mutare.

**Quaſtio 533.** An ſciens impedimentum vita clericalis, aut aliam incapacitatem in ordine ad obtainendam pensionem, nihilominus pensionem illi reſervat, cenceſatur cum tali diſpensare, ſi alia in illo impedimento diſpensare poſte, aut, ſi non poſte, tam ipſe quām impetrans ab eo pensionem peccet?

1. R Espondeo ad primum affirmativē, nullus enim ceneſetur velle facere actum nullum vel malum, juxta ea, quā tradunt Paril. de confiden- tia, q. 75. & Alciat. de pra. ſump. reg. 3. preſump. 1. & ſeq. adeoque, cū conſtituere ſeu reſervare pensionem impedito ſeu incapacib. abſque volutarie tollendi impedimentum, ſit actus malus & irrationabilis, non debet pra. ſum in eo, qui alia diſpensando tale impedimentum tollere poterit; & vel minime in Papa, pro quo omnia iura ſemper in bonum capitunt preſumptionem. Ita Filic. loc. cit. q. 8.

2. R eſpondeo ad ſecundū: Scienter conſer- ren pensionem illius incapacitatis, cum quo & ipſe diſpensare nequit, & quem ab alio, aut niſi diſſiculter diſpensandum novit, peccat graviter; cū conſer- re alioſi aliquid, ad quod legitimē obtainendū & reſervandum iſ impedimentum habet non tollibile, ſit actus in re gravis, valde repugnans rationi. Filic. loc. cit. q. 10. in fine. citans Covarr. in c. alma mater. p. 1. §. 7. nu. 1. Pramitit tamen ibidem Filic. non peccaturum talem reſervantem pensionem, ſi fecit reſervatorium facilē aliunde diſpensandum, & in iſtam ſpem citra omnem contemptum reſervat pensionem. Unde & ſequi videtur (quā erat tercia pars quaſtionalis) nec peccare talem impetrantem iſtan pensionem à potente quidem illam reſervare, non potente tamen in iſto impedimento diſpenſare, dum ipſe novit de facili impetraturum diſpenſatio-